Ce Livre apartient à Sieur Dialon de la Blenière de Chambost sous Longessaigne

CONCORDANTIÆ BIBLIORUM SACRORUM EMENDATÆ.



SACRORUM BIBLIORUM VULGATÆ EDITIONIS CONCORDANTIÆ,

HUGONIS CARDINALIS Ordinis Prædicatorum:

AD RECOGNITIONEM JUSSU SIXTI V. PONT. MAX. BIBLIIS ADHIBITAM,

RECENSITÆ ATQUE EMENDATÆ:

Primùm à FRANCISCO LUCA Theologo & Decano Audomaropolitano, nunc denuò variis locis expurgatæ ac locupletatæ curâ & ſtudio V. D. HUBERTI PHALESII, Cœnobii Affligenienſis Ordinis S. Benedicti Subprioris.

Editio noviſſima, prioribus longè auctior & correctior, & cum ipſo Bibliorum textu accuratiſſimè collata.

BIBLIOTHÈQUE de L'ÉTUDE
BIBLIOTHÈQUE de L'ÉTUDE

LUGDUNI,
Ex Typographia PETRI VALFRAY, in vico Mercatorio, ſub ſigno Coronæ Aureæ.

M. DCC I.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

SED COELO VERA CORONA

FRANCISCUS LUCAS BRUGENSIS,

Eccleſiæ Cathedralis Audomaropolitanæ Theologus & Decanus, Studioſo S. Scripturæ Lectori.

De iis quæ ipſe in Bibliorum Concordantiis præſtitit.

IMPRIMIS *ſumpto in manus exemplari Concordantiarum quàm copioſiſſimo & recentiſſimo, quale invenire potuimus, contulimus & correximus illud ad libellum noſtrum Correctorium, cui titulus eſt*, Romanæ correctionis, in Latinis Bibliis editionis Vulgatæ, juſſu SIXTI V. Pont. Max. recognitis, loca inſigniora. *Eo enim libello cùm pleraque omnia loca contineantur; quæ Summorum Pontificum* SIXTI V. *&* CLEMENTIS VIII. *auctoritate nuper in Bibliis ſunt emendata, Concordantiæ cùm ad illum & juxta illum libellum correctæ ſunt, conſequenter ad Biblia ipſa correctæ ſunt: nam & Biblia ipſa pleriſque occaſionibus conſulta à nobis fuerunt. Hoc igitur primum præſtitum à nobis eſt, quòd hæc Concordantiarum editio ad Sixtina Biblia ſit correcta. Nam cùm plerique alii ſacri libri ad ea Biblia recogniti jam eſſent, non oportuit Concordantias, quæ nihil aliud quàm ipſa Bibliorum verba referunt, omitti.*

Alterum eſt, quòd ſuffragantibus compluribus viris doctrinâ celebribus, nominatim R^mo Domino noſtro EPISCOPO AUDOMAROPOLITANO, *multa præciderimus vocabula; ea videlicet, quæ plus oneris quàm utilitatis Concordantiis adferre videbantur; imprimis Pronomina pleraque, Conjunctiones & Præpoſitiones; denique Nomina quædam, ut* * Dominus, Deus; *ad hæc etiam Verba quædam, ut* ſum, dico; *quæ adeò frequenter occurrunt, ut nemo ex ipſis facilè meminerit certi alicujus Scripturæ loci. Hac enim ratione, ſublatis vocibus minùs neceſſariis, fit, ut & eæ voces quæ quæruntur, facilius inveniri, & Concordantiarum liber minùs gravis, commodiùs circumferri poſſit.*

* vid. infrà Præambulum ſecundum.

Poſtremò collocavimus hîc quaſdam voces commodiori adeóque magis proprio loco, mutatâ plerumque ortographiâ in melius, aut certè juxta Bibliorum præſcriptum. Hoc igitur noſtro, & aliorum quorumdam qui nos adjuverunt, labore utaris, fruaris, Lector, licet. Vale. Audomaropoli, anno Domini M. DC. XVII. *Kalendis Martii.*

PRÆAMBULA

DOMNI HUBERTI PHALESII,

Cœnobitæ Affligenienſis, ad recenſitas has Concordantias.

PRIMUM.

De hac Concordantiarum editione.

SACRORUM Bibliorum Concordantias, Opus toties cuſum & recuſum, cùm rurſus ad incudem revocare, & in lucem emittere ſtatuiſſet celeberrimus Typographus Balthaſar Moretus; rogavit me, qui privatim errores quoſdam ultimæ editionis Plantinianæ annotaveram, ut porrò etiam pergerem, iiſque illuſtrandis operam aliquam impenderem. Obſecutus ſum ut potui tam piis optimi Viri votis; quòd ea in ſubſidium Eccleſiæ, verbi Dei præconum, & ſtudioſorum utilitatem vergere ſentirem: & gaudebam, commune bonum aliquouſque ſaltem poſſe promovere. Quanta enim præclari hujus Operis ſit præſtantia atque utilitas, quotidianis patet experimentis, dum ſuperioris editionis exemplaria omnia brevi tempore diſtracta intelleximus, & novam identidem editionem repoſci. Curæ proinde fuit, ut ſecundis hiſce curis emaculatius atque ſplendidius Opus ipſum prodiret. Etenim, ut prioris eſt magiſter poſterior dies, ita ille nobis utcumque indicavit, quid priori editioni vel deeſſet, vel à nonnullis adjici deſideraretur. Qua in re nec ſumptibus Typographus pepercit, nec noſtrum voluimus deeſſe laborem; ut, ſi non omnibus numeris abſolutas (quis enim hoc ſpondere auſit?) non parum tamen copioſiores ac meliores exhiberemus Concordantias. Cùm enim hoc Volumine non niſi ſacræ Scripturæ verba adferantur, aut potiùs enumerentur, nullam hîc diligentiam ſatis magnam, nullum ſtudium arbitratus ſum ſupervacaneum; cùm vel iota unum, vel unus apex in lege Dei ſuam habeat utilitatem. Quod ne gratis dixiſſe videar, in ore duorum aut trium teſtium ſtabit hoc verbum. *Intoleranda prorſus*, inquit Baſilius, *& gravis blaſphemia fuerit, vel verbum aſſerere in Scripturâ inveniri otioſum.* Et Hieronymus: *Singuli ſermones, ſyllabæ, apices & puncta in divinis Scripturis plena ſunt ſenſibus.* Denique Chryſoſtomus: *Diligenter Scripturæ interpretandæ eſt: non enim dictionem parvam, neque ſyllabam in divinis Litteris contentam inveniemus eſſe prætereundam. Non enim verba tantùm ſunt, ſed & Spiritus ſancti verba. Et propterea magnum in his theſaurum invenire licet etiam in unâ dictione.* Neque verò id mirum, cùm viri eruditi non indignum ſuo labore judicaverint, omnium Poëtarum evolvere ſcripta, ut ex iis vel epitheta, vel phraſes aut comparationes poëticas, vel ſyllabarum colligerent quantitates. Quanto ſtudio nonnulli Terentii phraſes, Plautinas voces, ſingula Ciceronis verba, omnémque loquendi ejus varietatem, in *Theſaurum Ciceronianum*; vel univerſas

Baſil. homil. 7. in divites avaros. Hieronym. cap. 3. ad Epheſ. Chryſoſt. hom. 15. in Geneſ.

universas Martialis dictiones, in *Cornucopiam* (magna sane Volumina) coacervarunt? At quantò utiliùs hæc diligentia sacris impenditur Litteris? Incredibilis sanè fuit olim *Masoretharum* circa Hebræum S. Scripturæ textum diligentia. Nam, ut Serarius annotavit, singulorum librorum *versus omnes*, singulorum vocabulorum *litteras omnes* dinumerarunt, annotarunt, omnique posteritati transmiserunt: ut in *Masoreth* utraque, *magnâ* & *parvâ*, videre est, & ferè in Hebræorum librorum fine, ubi versus cujusque summa ponitur. Quo exemplo animati densissimam hanc vocabulorum silvam ingressi, quid hîc vel ibi deesset, quid redundaret, indagare studuimus. *Serarius Prolegom. Biblior. cap. 12.*

SECUNDUM.

Conatus noster circa hanc editionem.

SED quid in iteratâ hac editione præstitum, breviter aperiamus.

PRIMÒ. Recensita est diligenter novissima editio Plantiniana anni M. DC. XVII. & plures quæ desiderabantur sententiæ suis titulis insertæ: capitum vel versuum numeri sæpè correcti.

SECUNDÒ. Cùm in editione Concordantiarum P. Gasparis Zamoræ, quæ Romæ excusa est, dicatur eas centies mille textibus excedere Plantinianas; placuit idipsum ad examen revocare, & sedulò dispicere, ex quo fonte tam ingens vocum in his prætermissio, in illis accessio profluxerit: re autem diligentiùs inspectâ, compertum est, magnâ ex parte id evenisse, quòd dictiones indeclinabiles, *à, ab, ad, & cum*, item, *dico, sum, Deus, Dominus*, & similia, doctorum virorum judicio à Plantinianâ editione rejecta, in Zamorianâ sint adjecta. Prætereà quòd in eâdem restituta sint omnia vocabula Librorum tertii & quarti Esdræ, qui cùm Apocryphi sint, eóque nomine ad calcem Bibliorum rejecti, consultò etiam hæc à Moretis prætermissa erant: & eodem titulo Zamora non inseruit dictiones quæ occurrunt in Oratione Manassis, quòd nec ipsa sit de Canone. Sed ne quis jure queri possit quidpiam quod ad rem faciat prætermissum, restitutæ sunt in hac editione non tantùm dictiones *Deus, Dominus*, sed & aliæ ferè omnes consultò pridem omissæ: non quidem integrâ, & pænè infinitâ earùm farragine coacervatâ; sed iis dumtaxat descriptis sententiis, quæ in textu primò occurrebant, additis deinde quibusdam selectioribus, quæ Sacrarum Litterarum studiosis possent deservire: atque ita ob verbi Dei reverentiam nullum apparebit vocabulum prætermissum; nec supervacaneis (quod eruditi metuebant) Liber oneratus dictionibus. Collatæ deinde sunt hæ duæ Concordantiarum editiones quoad titulos & dictiones majoris momenti; & ubi discrepabant, ad sacrorum Bibliorum textum recurrentes, plurimas invenimus dictiones, easque notabiles, quæ utrique deessent, & huic denuò insertæ sunt.

TERTIÒ. Quasdam quoque voces antè habitas quasi nullius essent momenti, ex integro reposuimus: quales sunt *sicut* & *quasi*; nam compendiosè atque utiliter exhibent similitudines Bibliorum.

QUARTÒ. Aliqua etiam sub uno titulo malè conjuncta separavimus, ut *Tibiam* partem corporis, à *Tibiâ* fistulâ; *Palmam* manum, à *Palmâ* arbore; *Plagam* partem mundi, à *Plagâ* vulnere, afflictione, &c.

QUINTÒ. Denique in titulis hoc generaliter servatum (quod priùs in aliquibus tantùm fiebat) ut nimirùm in eo ponerentur genere, numero, casu & modo, quo in ipsâ Scripturâ unumquodque nomen invenitur expressum. Exempli gratiâ; cùm textus semel tantùm habebat *Purpuraria*, titulus olim præferebat.

Purpurarius: pro *Desponsata* similiter, quod semel tantùm tribuitur Virgini Matri, titulus habebat *Desponsatus*. *Fœtosus*, pro eo quod poni debuisset *Fœtosæ*; *Pseudo-Apostolus*, pro *Pseudo-Apostoli*; *Pseudo-Christus*, pro *Pseudo-Christi*: quæ Scriptura tantùm in plurali usurpat; quod quidem quærentium commodo & faciliori usui facere videbatur.

TERTIUM.

Observanda pro verbis sententiisque quæ in Concordantiarum Libro frustrà quærentur.

QUIA autem & in hunc usum Concordantiarum servit Volumen, ut, quæ in veterum Patrum aliorúmq; libris sine ullâ citatione producuntur sententiæ, earum indicio quibus locis scriptæ sunt, possint reperiri; notandum hîc, eos non semper secutos Vulgatam translationem, sed plerumque LXX. Interpretum, ut videre est in Patribus Græcis, atque in Latinis, Tertulliano, Cypriano, ut peculiaribus Indicibus ostendit Pamelius. Cassianus quoque, quamvis Vulgata editione ferè uteretur, loca tamen quædam, sed præcipuè ex Proverbiis, secundùm LXX. interpretationem citat; quorum Elenchum exhibet Petrus Ciaconius. Ambrosius item aliique hac editione non rarò utuntur. Quæ autem ex eâ frequenter producuntur testimonia, frustrà in his Concordantiis quæret studiosus Lector: quod prænonendum duximus, ne imperfectas quispiam ex hac parte suspicetur, aut sententias illas non esse sacræ Scripturæ.

Illud prætereà annotandum, citari à Patribus nonnullas sententias tamquam sacræ Scripturæ, aut Salvatoris nostri; quæ tamen in nullo Canonico libro inveniuntur: quarum hîc fasciculum lubet exhibere, quem ex *Monasticis admod. R. D. Præpositi nostri Affligenienſis Disquisitionibus* cum bonâ ejus veniâ huc transtuli: ne frustrà fortè in his Concordantiis quærantur, aut incurià putentur neglectæ.

Sanctus Ignatius Martyr Epist. ad Smyrnenses adfert illa verba, Ecce homo, & opus coram facie ejus, *tamquam à Christo prolata: quod & facit Greg. Nazianz. in Orat. de bono ordine differenti, atque alii: sed hæc sententia sumpta videtur ex lib. 2. de Doctrina Apostolorum, cap. 14.*

Martyr quoque Justinus Dialogo contra Tryphonem asserit à Domino dictum esse: In quibus te reperiam, in iis te judicabo. *Nec solus est, sed eum secuti sunt Origenes tom. 1. Homil. in Jeremiam, S. Cyprianus de Mortalitate, num. 29. Aimonus noster lib. 6. de Gest. Franc. cap. 51. & alii.*

Tertullianus lib. de jejun. adverſ. Psychicos, cap. 6. ait: Si enim Deus æternus non esuriet, ut testatur per Isaïam, hoc erit tempus quo homo Deo adæquetur, cùm sine pabulo vivit. *Ad quem locum Pamelius*: *Cum etiam alibi istud Isaïæ adscribat Auctor, quærat locum Lector diligentior*] *Nimirum ipse frustrà quæsierat, ut & duos alios locos à Cypriano pro S. Scriptura verbis citatos. Priorem producit lib. 3. Testimoniorum ad Quirinum cap. 6. ex Sapientia Salomonis*: In locis impiorum gemunt justi; in illorum autem perditionem abundabunt justi. *Alterum eod. lib. cap. 53. ex Isaïa*: Væ qui arguti sunt in semetipsis. *At nec illum in libris Salomonis, nec hunc in Isaïa inveniri, annotavit ipse Pamelius.*

Est & alia sententia, quæ Domino à pluribus tribuitur: Estote probati nummularii, *sive*, Efficiamur probati trapezitæ. *Quam citant Clemens Alexandrinus Stromat. 1. circa finem, Origenes in Joannem*: S. *Hieronymus Epist. 152. Ad Minervium & Alexandrum; Cassianus collat. 1. cap. 20. & coll. 2. cap. 9. Damascenus lib. 4. de Fid. Orthod. cap. 18. Ad eamdem sententiam alludunt Basilius in cap. 1. Isaïæ & Ambrosius lib. 1. cap. 1. in Lucam, & lib. 9. cap. 10.*

Exstat porrò in Constitut. Apostolicis Clementis Romani lib. 2. cap. 36. & 37. ubi etiam cap. 43. allegatur locus, quem in novo Testamento non leges: Quia Dominus, *inquit* ait: Si obliquè in me inceditis, & ego item in vos obliquus incedam.

Illud etiam B. Petrus dixit à Domino pronuntiatum: Oportet venire bona; beatus autem per quem veniunt. *Quod habetur lib. 7. Narrationum in disput. S. Petri cum Simone Mago habitis, quas scripsit Clemens Romanus in Recognit.*

S. quoque

S. quoque Auguſtinus in Regula ſive Epiſtola 109. *ait : Scriptum eſt*, Abominatio eſt Domino deſigens oculum. *At ubi hoc ſcriptum ? interrogat. Stellatius in Nucleo hiſtorico Regulæ S. Auguſtini : aitque pro Mercurio ſibi futurum quiſquis certò indicarit locum.*

Idem Auguſtinus lib. de Perfect. juſtitiæ cap. 9. citat. ex Deuteronomio : Et non erit inconſummatus in filiis Iſraël. *Quæ verba in toto Libro, nec in* LXX. *quidem inveniuntur.*

Et eodem lib. cap. 12. *habet :* Item inquit ad ipſum Job, & miraculum tenuit veracis hominis. *Non invenitur autem hic locus in libro Job, nec in noſtrâ editione, nec in* LXX. *ſed nec apud Auguſtinum in Annotationibus ſupra eumdem librum.*

S. Gregorius in cap. 7. Cant. Nemo *enim : ſicut ſcriptum eſt*, repentè fit ſummus. *Sed quæras ubi hoc ſcriptum ? nuſquam ; nec enim in ſacro Textu reperitur.*

Sic nec illa in S. Scriptura invenies, quæ S. P. N. Benedictus in Regula ſua illi non ſemel tribuit cap. 7. Gradu. 2. Humilitatis : Item dicit Scriptura : Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam. *Hanc ſententiam Ioannes Cæleſtinus Monachus expreſsè haberi aſſerit in paſſione Anaſtaſiæ. At illa quam S. Benedictus Gradu* 11. *pro Scriptura refert, dicens, Scriptum eſt*, Sapiens verbis innoteſcit paucis ; *extat in ſententiis Xyſti num.* 134. *Cùm verò idem ſanctus Pater Gradu* 12. *refert publicanum Evangelicum fixis in terram oculis dixiſſe*, Domine, non ſum dignus ego peccator levare oculos meos ad cælos ; (*quæ in toto Evangelio non reperies dicta*) *protuliſſe videtur ea, quæ ille, vel quiſpiam ei ſimilis, dixiſſe præſumi poteſt : aut certè citaverit ex memoria, non ex codice.*

Non infrequens autem fuiſſe ſacris Scriptoribus, etiam iis qui poſt S. Benedictum vixere, ſententias Scripturæ nomine allegare, quæ in eâ non inveniantur diſcimus ex dictis S. Valerii de generibus Monachorum cap. 3. §. Concordia Regularium à Benedicto Anianæ Abbate allatis ; ubi ſic pronuntiat : Scriptura teſtatur, Quòd omne peccatum, Quod remiſſus indiſciplinatúſque admiſerit, frater, ad negligentem protinus revertatur ſeniorem. *Verum, quis Oedipus ediſſerat, in quo S. Scripturæ libro hæc ſcripta legantur ? Proinde non incongruè dixeris*, Scripturam *ibi non de ſacra, ſed de alicujus Sapientis ſcripto intelligendam. Vt etiam ſumpſit S. Fructuoſus Regulæ, cap.* 10. *& Magiſter Regulæ ſuæ cap.* 31.

Nullus proinde mirari queat, has ſimiléſve in hiſce Concordantiis non reperiri.

QUARTUM.

De Auctore Concordantiarum.

VULGATAE hactenus Concordantiæ nullum Auctoris præferebant nomen : ſive quod ipſe primum latere voluerit ; ſive quòd opus per ſe uſúque communi ita probatum eſſet, ut Auctoris ſplendore non indigeret illuſtrari ; ſive quod plurium in his deſudaſſet labor, quem unus ſoli ſibi non putaverit adſcribendum. Utcumque tamen hoc ſit, cùm optimè de ſacra Scriptura, ejúſque ſtudioſis, ac Verbi Dei præconibus, tam præclari operis invento, meritus ſit, gratiſſimum Lectoribus accidere arbitror, ſi quæ de eo ſcripta inveniantur, hîc reddamus. Trithemius noſter agens de Eccleſiaſticis Scriptoribus, enumeratiſque Conradi Halberſtadienſis, Ord. Frat. Prædicat. Theologi, lucubrationibus, ita finit : *Hîc etiam fertur Concordantias totius Bibliæ novi & veteris Teſtamenti primus ordinaſſe.* Plurimorum tamen & communior ſententia eſt, Hugonem Carenſem ; ſive de S. Caro, primum ex eodem Ordine S. R. E. Cardinalem, Biblicarum Concordantiarum primum inventorem & auctorem eſſe. Ita ſentiunt S. Antoninus 3. part. ſummæ Hiſtorialis tit. 19. cap. 5. §. 11. Sixtus Senenſis in Biblioth. ſancta lib. 3. & lib. 4. Joannes Molanus, Doctor Lovanienſis, in M. S. Bibliotheca ſacra ; Joannes Mariana, rerum Hiſpan. lib. 13. cap. 2. Cardinalis Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis ; Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro ; Aubertus Miræus in Scholiis ad Henric. Gandavenſem de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & rurſus in Auctario ad eoſdem. Miris laudibus tam ipſe quàm hoc ejus

ejus opus celebratur. Unum juverit audiviſſe Sixtum Senenſem, quem Poſſevinus etiam & Miræus delibarunt. *Hugo*, inquit, *Carenſis, vel ex oppido S. Cari, vel de S. Theoderico, Barchinonenſis Epiſcopus, profeſſione Dominicanus, tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis, primus ex Ord. Prædicatorum ad Cardinalatum aſſumptus, vir morum ſanctitate & litterarum copiâ inſignis, quem Umbertus Viennenſis, Prædicatorum Fratrum quintus Generalis magiſter, auditor ejus ac diſcipulus, ex Academia ſæcularium diſciplinarum ad inſtitutum Religionis ſuæ pertraxit, & paulò poſt Innocentius Pontifex* IV. *ejus dulci & eruditâ familiaritate ſummoperè delectatus, in collegium Cardinalium cooptavit, & in Germaniam ad Imperii Electores legatum miſit, ut eo ſuaſore in abrogati Friderici Secundi locum alium Imperatorem ſufficerent. Hic opera multa edidit: de quibus in univerſam Scripturam habentur commentarii juxta quadruplicem ſenſum. Poſt hos autem commentarios primus omnium excogitavit Indicem magnum in Sacroſancta Biblia,* CONCORDANTIAS BIBLIAE *prænotatum; laborioſiſſimum ſanè & immenſi tædii ac temporis opus, ſed ſacrorum Voluminum ſtudioſis magnoperè neceſſarium; in quo ſingulas divinæ Scripturæ dictiones declinabiles ſecundùm conſequentiam litterarum accuratiſſimâ diligentiâ digeſſit, annotatis non ſolùm libris, ſed etiam librorum capitulis, & capitulorum lineis, in quibus unaquæque deſiderata dictio contineretur. Sunt qui exiſtiment, hoc Opus, ob immenſi temporis laboríſque diſpendium, cui unius hominis vita ſatis eſſe non poterat, hortatu Hugonis injunctum fuiſſe quingentis ſtudioſis Patribus diverſorum Cœnobiorum, ea ratione, ut ſinguli ſingulas dictiones in Alphabeticas claſſes redigerent, ſicque brevi tempore multorum ſedulitate perfectum fuiſſe Opus; quod poſteà tam à Græcis quàm ab Hebræis diligentiſſimè imitatum vidimus operâ R. Iſaac Nathan Judæi, & Eutalii Rhodii monachi: quorum ille Hebraïcas Bibliæ Concordantias, hic Græcas collegit. Has Romæ vidimus in antiquis membranis Græcâ manu deſcriptas; illas verò typis Juſtiniani Venetiis excuſas.*

Claruit ſub Friderico II. Imperatore, & mortuus eſt Lugduni anno Domini 1262. *atque ibidem ſepulchrum obtinuit in templo Prædicatorum.* Hactenus ille.

Circa cujus diſcurſum quædam hîc notanda. *Primum*, quòd ait, *vel de S. Theoderico*: idipſum cognomen ei tribuitur in Chronica brevi de Magiſtris Generalibus & viris illuſtribus Ord. Prædic. atque ita etiam ſepulchralis ejus inſcriptio habet, quæ hodiéque Lugduni viſitur, his verbis: *Hîc jacet D. Hugo de S. Theoderico Ord. Fratrum Prædicatorum hujus Conventus, S. Theologiæ Doctor, & Prædicator egregius, quondam Cardinalis Sabinenſis: qui obiit anno Domini* M. CC. LX. 14. *Kal. Aprilis. Secundum*, quòd ait, *Barchinonenſis Epiſcopus*; negat Poſſevinus hanc dignitatem illum adeptum. *Tertium*, nec fuiſſe Hiſpanum patriâ Barchinonenſem, ut Mariana aſſeruit: ortus enim eſt ex oppido *Delphinatum* in valle quæ ad Ebredunum eſt, cui *Barchinonetæ* nomen: ubi & hodie exſtat Conventus Dominicanorum haud ignobilis, ab ipſo, ut fama eſt, erectus & auctus. Hunc Bellarminus & alii natione Burgundum faciunt. *Quartum*, quod ipſum hoc Concordantiarum ſpectat Volumen, verè Mariana dixit infinitum pæne eſſe opus, quòd Herculeâ planè audaciâ primus excogitaverit, & quingentorum Monachorum ope adjutus perfecerit. Medicorum quis dixerit doctiſſimum hunc Cardinalem cum ſuis ſubſidiariis æmulatum induſtriam: ut enim illi ſingula membra & articulos aliáſque partes à toto corpore divulſas ſeorſim collocant, & minutiſſima quæque in iis obſervantes, naturam officiúmque eorum ſingulatim exponunt; non ſecùs hi ſingula Sacrorum Bibliorum vocabula ſuis libris capitibúſque exempta, longo ordine ſub ſuis titulis reponentes, quid aliud, quam totius S. Scripturæ Anatomiam

Lectoribus

Lectoribus exhibuernnt ? Expetitum à parvulis Verbi Dei panem in congruas eorum imbecillitati fregerunt buccellas. Collegérunt, inquam, Dominicæ mensæ micas & fragmenta, eáque in his Concordantiarum sportis asportarunt : non solùm ne perirent, verùm etiam ut ex illis novi rursum studiosorum industriâ conficiantur panes ; hoc ipso esurienti plebi futuros gratiores, quo ex pluribus divinæ Scripturæ micis fuerint coagmentati.

Sed enim, ut non difficile est inventis nova quædam adjicere ; ita Hugonis studia alii deinde sunt æmulati. *Conradus* enim ille *Halberstadius*, de quo diximus, *cùm in divinis Scripturis*, ut Senensis ait, *usque adeò exercitatus ac detritus esset, ut universum vetus ac novum Testamentum memoriâ teneret, composuit, ad imitationem Hugonis tit. S. Sabinæ Cardinalis, consimili labore Concordantias totius Bibliæ : in quibus non solùm dictiones declinabiles, quòd priùs fecerat Hugo, sed & omnes indeclinabiles orationis partes juxta Alphabeti seriem adjecit.* Atque hæc de primis Concordantiarum Auctoribus. Quid verò post illos alii in eodem argumento præstiterint ; Georgius præsertim Bullocus in suâ Oeconomiâ methodicâ Concordantiarum Scripturæ sacræ ; Petrus Eulard in Concordantiis, ut vocat, Moralibus & Historicis ; atque etiam Gaspar Zamora, aliive singulis suis expositionibus.

QUINTUM.

De utilitate Concordantiarum usuq; ex Sixto Senensi lib. 3. Biblioth. sanctæ, De Syllabica exponendi ratione, methodo tertia.

ΣΥΛΛΑΒΙΚΗ, hoc est, syllabica, sive indicatoria methodus, quæ librorum indices, à Græcis συλλαβὰς appellatos, componit, vetustissimum inventum est, sicut M. Tullius ad Atticum scribens testatur : cùm enim studiosi illi veteres locupletem rerum ac verborum omnium copiam semper, & cum summa commoditate, in promptu habere desiderarent, excogitarunt sibi indices Alphabetario ordine digestos ; quibus minimo laboris ac temporis dispendio, ad quod quisque perquireret, tamquam manu duceretur : quorum inventionem imitati posteriores litterarum amatores, præsertim Jurisconsulti & Theologi, libros ferè omnes professionis suæ in elenchos, syllabos, indices, tabulas & repertoria copiosissima redegerunt ; in quibus primum locum tenet opulentissimus ille Biblicus index, quem vocant Concordantias majores sacræ Bibliæ, ab Hugone Cardinali & Conrado Alberstadio Monacho collectas, suffragantibus quingentis diversorum cœnobiorum Monachis : qui omnia nomina, verba, participia, adverbia præpositiones, atque omnes tam declinabiles quàm indeclinabiles orationis partes, toto Bibliorum corpore comprehensas, in Alphabeticum ordinem digesserunt, annotatis libris, capitulis, & singulis capitulorum lineis, in quibus quæcumque dictio quæsitæ dictioni similis & concordans haberetur. Est autem tanta hujus magni indicis & commoditas & utilitas, ut cùm primùm studiosus Lector ipsum prudenter & cum judicio versare didicerit, & familiaritati ejus assuescere cœperit, illicò sentiat, se in illo inveniisse thesaurum quemdam inexplebilem, hoc est universalem & absolutissimam totius divinæ Scripturæ expositionem ; ex cujus usu non minorem fructum ac delectationem capiat, quàm si innumeros expositorum commentarios evolveret.

Syllabica methodus est antiquissima.

Concordantiæ Bibliorum ab Hugone Cardinali & Conrado Alberstadio sunt collectæ.

Concordantiarū Bibliorum maxima est utilitas.

Memini me olim rogantibus amicis dedisse in hunc indicem breve commentariolum, *De usu & utilitate Concordantiarum sacræ Bibliæ* inscriptum, breves & dilucidas quasdam regulas comprehendens ; quibus instructi sanctarum Litterarum

amatores

amatores facilè poſſent ex hoc uno Concordantiarum volumine, etiam abſque ullis expoſitorum commentariis, innumerabilium ferè locorum, in divinis Litteris obſcurorum, ſenſus & intelligentias varias ac multiplices intelligere & explicare; nec explicare ſolùm, ſed, quòd longè operioſius eſt, comparare ſibi ſuper quacumque divinæ Scripturæ ſententiâ latiſſimam enarrationem, &, ſi opus foret, etiam integræ & copioſæ concionis materiam invenire. Hujus artificii exemplum proponam tibi in principium Pſalmi centeſimi decimi ſexti, oſtendens qua ratione liceat ex hoc indice Concordantiarum colligere locupletiſſimam enarrationem ſuper duabus primis hujus Pſalmi dictionibus: pro quibus explicandis tria tibi priùs peragenda ſunt.

Præcepta obſervanda in uſu Concordantiarũ Bibliorum

In primis, aperto Volumine Concordantiarum, quæres ſub ſyllaba LAU verbum LAUDARE, & omnes ſimiliter voces eidem verbo affines, ut LAUS, LAUDATIO, LAUDANS, LAUDABILIS, LAUDANDUS, & his ſimiles: & invenies ſtatim ſub his vocabulis omnia utriuſque teſtamenti dicta, teſtimonia, auctoritates ac ſententias ad Dei laudem pertinentes numeratim citatas, truncatis tamen periodis, & conciſis ſæpe dictionibus ſtrictiſſimè annotatas.

Secundò, ex tam numeroſa ſententiarum multitudine eas tantùm colliges, & in ſchedula deſcribes, quas videris illuſtriores, quáſque propoſito tuo aptiores magiſque accommodatas cognoſces: cognoſces autem illas facilè inter alias, & à cæteris minùs aptis parvo labore diſcernes, ſi prius fueris in ſacrarum Litterarum lectione verſatus, & non omni prorſus judicio deſtitutus. Oportebit autem ut in deſcribendis prædictis auctoritatibus habeas ſemper præ oculis codicem Biblicum; ut eo inſpecto fideliter ſuppleas, & priſtinæ ſuæ integritati reſtituas periodos illas, quas in Concordantiis truncatim citatas jam inveneras.

Tertiò, poſtquam ſententias inſtituto tuo idoneas integrè conſcripſeris, iterùm omnes à prima uſque ad ultimam aliquantulùm cogitatione percurrito, & ſingularum ſenſus tecum ipſe parumper expendito; ac demum, juxta communem illam partitionis methodum, quâ Dialectici, Rhetores & optimi quique ſcriptores uti ſolent, & quam te priùs in ſcholis didiciſſe neceſſe eſt, diſtinguito jam collectam ſententiarum ſilvam, & in certos ordines claſſéſque redige: & in his ordinibus ſeparatim, & ſub diverſis titulis auctoritates ſingulas, ut tibi viſæ fuerint, magis inter ſe & ſenſu & ſcopo affines ita coaptabis, ut ex ipſarum diſpoſitione explicetur tota ſeries argumenti de divina laudatione; hoc eſt, colligantur à te divinæ laudationis definitio, cauſæ, effectus, partes, officia, modi, loca, tempora, neceſſitas, utilitas, impedimenta, & his ſimilia, quæ Dialectici & Rhetores in quocumque propoſitæ rei argumento jubent inquiri.

Sed, ut hæc planiùs intelligas, ponam tibi primùm ob oculos indiſtinctam farraginem ſententiarum divinæ Scripturæ ad divinam laudem pertinentium, ex libro Concordantiarum verbo tenus cum ſuis numeris deſumptam; deinde eaſdem auctoritates in particulares titulos ea ratione diſtribuam, ut in his legere poſſis exactam & copioſam explanationem verborum, à quibus Pſalmus centeſimus decimus ſextus incipit.

FARRAGO INDISTINCTA SENTENTIARUM

Sacræ Scripturæ ad Dei laudem pertinentium, è verbo ad verbum ex indice Concordantiarum tranſcripta.

LAUDARE.

Pſal.21.23 In medio Eccleſiæ laudabo te.
27 Laudabunt Dominum, qui requirunt eum.
34.18 In populo gravi laudabo te.
28 Tota die laudem tuam.
62.6 Labiis exultationis laudabit os meum.
68.31 Laudabo nomen Dei cum cantico.
83.5 In ſæcula ſæculorum laudabunt te.
99.5 Laudate nomen ejus, quoniam ſuavis eſt Dominus.
118.175 Vivet anima mea, & laudabit te.
134.3 Laudate Dominum, quia bonus.
144.2 Laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
4 Generatio & generatio laudabit opera tua.
145.2 Lauda anima mea Dominum.
Laudabo Dominum in vita mea.
146.1 Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus.
148.2 Laudate Dominum omnes Angeli ejus:
Laudate eum omnes virtutes ejus;
3 Laudate eum ſol & luna
150.2 Laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.
3 Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cithara.
6 Omnis ſpiritus laudet Dominum.
Act.16.25 Media autem nocte, Paulus & Silas orantes laudabant Deum.

NON LAUDARE.

Pſ. 113.17 Non mortui laudabunt te, Domine.
Iſai. 38.18 Neque infernus, neque mors laudabit te.

LAUDANS.

Pſal. 17.4 Laudans invocabo Dominum.
Luc.24.53 Erant ſemper in templo laudantes Deum.

LAUDATIO.

Pſ. 144.21 Laudationem Domini loquetur os meum.
146.1 Deo noſtro ſit jucunda decoráque laudatio.

LAUDABILIS.

Pſal.144.3 Magnus Dominus & laudabilis nimis.

LAUS.

De. 26.19 Creavit in laudem ſuam.
Pſal 21.26 Apud te laus mea in Eccle. magna.
33.2 Semper laus ejus in ore meo.
49.14 Immola Deo ſacrificium laudis.
23 Sacrificium laudis honorificab. me.
68.31 Magnificabo eum cum laude.
115.17 Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.
118.164 Septies in die laudem dixi tibi.
Eccli. 15.9 Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.
43.33 Major eſt enim omni laude.
Iſaiæ 63.7 Laudem Domini ſuper omnibus.
Jonæ 2.17 In voce laudis immolabo.
Epheſ. 1.6 In laudem gloriæ gratiæ ſuæ.
Heb.13.15 Offeramus hoſtiam laudis.

Prædictæ farraginis methodica partitio in varias ſententiarum claſſes diſtributa, & ad expoſitionem duarum primarum dictionum Pſalmi centeſimi decimi ſexti pulchrè accommodata:

Thema exponendum.

LAUDATE DOMINUM.

DEFINITIO.

Laudare Deum, eſt enarrare amplitudinem divinarum virtutum, quoad à nobis fieri poteſt.

Pſal. 144 Generatio & generatio laudabit
5.6.7 opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, &c.
Eccl 43.35 Quis enarrabit, & quis magnificabit Deum ſicut eſt ab initio?
33.32 major eſt enim omni laude. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, ſupervalebit adhuc admirabilis magnificentia ejus.

ENCOMIUM.

ENCOMIUM.

Laus, ſacrificium omnium præſtantiſſimum, quo vel maximè delectatur Deus.

Pſal.49.14 Immola Deo ſacrificium laudis :
23 & ſacrificium laudis honorificabit me.

Pſal.68.31 Laudabo nomen Dei cum cantico,
32 & magnificabo eum in laude : & placebit Domino ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.

Pſal.115.8 Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Jonæ 2.10 Ego autem in voce laudis immolabo tibi pro ſalute mea.

Heb.13.15 Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini ejus.

Deum omnia feciſſe in laudem gloriæ ſuæ.

Deu.26.19 Cunctas gentes creavit Deus in laudem, & nomen & gloriam ſuam.

Eph. 1.4.5 Elegit nos ante mundi conſtitutionem, & prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.

NECESSITAS.

Omnes tam inſenſibiles quàm ſenſibiles & intelligibiles creaturæ ex divino præcepto ad Dei laudem pro modo ſuo tenentur.

Pſal. 148 Laudate Dominum omnes Angeli ejus. Laudate eum ſol, & luna, omnes ſtellæ, & lumen. Laudate eum cæli cælorum, aquæ omnes, grando, nix, glacies, beſtiæ, pecora, volucres, reges terræ, populi, *&c. uſque in finem Pſalmi.*

150.6 Omnis ſpiritus laudet Dominum.

CAUSÆ.

Deus innumeris de cauſis laudandus eſt à nobis, præcipuè verò ob eximiam bonitatem, innumera beneficia, quæ nobis quotidie ex divina bonitatis & miſericordiæ largitate præſtantur.

Pſal.134.3 Laudate Dominum, quia bonus Dominus : pſallite nomini ejus, quoniam ſuave eſt.

Iſaiæ 63.7 Demus laudem Domino ſuper omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum, quæ largitus eſt ſecundùm indulgentiam ſuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum.

Pſal.99.45 Laudate nomen ejus : quoniam ſuavis eſt Dominus, in æternum miſericordia ejus.

MODUS.

Deus animo primum, deinde voce, Pſalmis, canticis & muſicis inſtrumentis, ac potiſſimùm bonis operibus laudandus eſt.

Pſ.145.1.2 Lauda anima mea Dominum : laudabo Dominum in vita mea.

Eccli.51.8 Laudabit uſque ad mortem anima mea Dominum.

Pſal. 62.6 Labiis exultationis laudabit os meum.

Pſal.146.1 Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus : Deo noſtro ſit jucunda, decoráque laudatio.

Pſal. 150 Laudate eum in ſono tubæ : laudate
3.4.5 eum in pſalterio, & cithara. Laudate eum in tympano, & choro : laudate eum in chordis, & organo. Laudate eum in cymbalis benè ſonantibus.

TEMPUS.

Non ſolùm ſtatutis diei noctiſque horis corde & ore laudandus eſt Deus, ſed & toto vitæ tempore affectu & opere celebrandus.

Pſ.118.164 Septies in die laudem dixi tibi.

Act. 16.25 Media nocte Paulus & Silas adorantes, laudabant Deum.

Pſal. 33.2 Benedicam Dominum in omni tempore : ſemper laus ejus in ore meo.

Pſal.34.28 Lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

Pſal.144.2 Per ſingulos dies benedicam tibi : & laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Pſal.145.2 Laudabo Dominum in vita mea : pſallam Deo meo quamdiu fuero.

LOCUS.

In omni loco, ſed in Eccleſia præſertim ac templo, laudandus eſt Deus.

Pſal.112.3 A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen Domini.

Pſal.21.23 Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio eccleſiæ laudabo te.

Pſal.34.18 Confitebor tibi in eccleſia magna : in populo gravi laudabo te.

Pſ.134.1.2 Laudate ſervi Dominum. Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.

Luc.24.52 Diſcipuli regreſſi in Jeruſalem cum
53 gaudio magno, erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Dominum.

In alia vita geminos eſſe æternos locos ; in quorum altero Deus perpetuò laudatur, in altero numquam.

Pſal.83.5 Beati qui habitãt in domo tua Domine : in ſæcula ſæculorũ laudabunt te.

Pſalm.

Pſa.113.17 Non mortui laudabunt te, Domine: neque omnes, qui deſcendunt in infernum.

Iſai. 38.18 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.

UTILITAS.

Præmia laudantium Deum ſunt auxilium divinæ gratiæ, ſalus à viſibilibus & inviſibilibus hoſtibus, & vita in ſempiternum beata.

Pſ.118.175 Anima mea laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.

Pſal. 17.4 Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis ſalvus ero.

Pſal.21.27 Laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent in ſæculum ſæculi.

IMPEDIMENTA.

Peccata nos impediunt à divinis laudibus.

Eccli. 15.9 Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

Pſal.49.16 Dixit Deus peccatori: Quare aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

PUGNANTIA.

In Scripturis divinis eſſe locos de divina laudatione in ſpecie pugnantes, quos conciliare oportet.

Pſal.116.1 Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Pſal.150.6 Omnis ſpiritus laudet Dominum.

Contra.

Pſal.49.16 Dixit Deus peccatori: Quare aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

Eccli. 15.9 Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

Item illud.

Pſal.150.2 Laudate Dominum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Contra.

Eccli. 43.33 Quis magnificabit Deum, ſicut eſt ab initio? major eſt enim omni laude.

Vides hîc, ingenioſe Lector, quàm magnam ſententiarum copiam tibi ſubminiſtraverit Concordantiarum Volumen in unius tantùm dictionis particulari indiculo; & quàm copioſam verborum ac rerum ſupellectilem ſuppeditaverit ad explicandam primam hujus Pſalmi dictionem. Quòd ſi iterùm, reſumpto codice Concordantiarum, perquiſiveris in ipſo voces verbo laudandi ſynonymas, quales ſunt CELEBRO, MAGNIFICO, GLORIFICO, BENEDICO, EXALTO, CONFITEOR, CANTO, PSALLO, PRAEDICO; & fragmenta ſacrarum ſententiarum ſub ipſis ſynonymis verbis collocata conſimili ſtudio colliges: rurſus nova ac longè ditiori ſermonis abundantia expoſitionem tuam locupletabis: ac demum, ſi eamdem diligentiam in ſingulis ejuſdem Pſalmi vocibus adhibueris; tanta tibi ſeſe offeret rerum omnium affluentia, ut vix queas ſuſceptæ enarrationis fines invenire.

Voces ſynonymæ verbo laudandi.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE : A nos amez & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlemens, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, Baillifs, Sénéchaux, Prevôts, Juges, leurs Lieutenans, & tous autres nos Juſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALUT. Nôtre bien amé PIERRE VALFRAY Libraire-Imprimeur à Lyon, Nous a fait remontrer qu'il auroit ci-devant imprimé un Livre intitulé *Sacrorum Bibliorum Concordantiæ, Authore Hugone Cardinali Ordinis Fratrum Prædicatorum*, dont les Exemplaires ſont preſque tous debitez ; & comme ledit Livre eſt de tres-grande utilité pour le public, & principalement pour les Eccleſiaſtiques, il deſireroit le reimprimer de nouveau, s'il Nous plaiſoit luy accorder nos Lettres de Privilege ſur ce neceſſaires, attendu que le temps porté par noſdites Lettres eſt expiré, & qu'il ne ſçauroit reimprimer ledit Livre ſans faire de tres-grandes dépenſes, ce qui luy cauſeroit un tres-grand préjudice, ſi quelqu'autre Libraire ou Imprimeur s'aviſoit de le faire imprimer : A CES CAUSES deſirant favorablement traiter l'Expoſant, Nous luy avons permis & accordé, permettons & accordons par ces Preſentes, d'imprimer ou faire imprimer, & reimprimer, vendre & debiter ledit Livre par tout nôtre Royaume pendant le temps & eſpace de douze années entieres & conſecutives, à commencer du jour & datte de l'obtention des Preſentes ; pendant lequel temps faiſons défenſes à tous Libraires, Imprimeurs, & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'imprimer ou faire imprimer ledit Livre ſous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, impreſſion Etrangere ou autrement, ſans le conſentement dudit Expoſant ou de ſes ayans cauſe, à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, & de trois mille livres d'amende, & de tous dépens, dommages & intereſts ; à la charge par ledit Expoſant de faire reimprimer ledit Livre ſur de bon papier & beau caractere, ſuivant les derniers Reglemens de la Librairie & Imprimerie, & que l'impreſſion en ſera faite en nôtre Royaume & non ailleurs ; à la charge d'en mettre deux Exemplaires en nôtre Biblioteque publique, & un en celle du Cabinet des Livres de nôtre Château du Louvre, & un en celle de nôtre tres-cher & feal Chevalier, Chancelier de France le Sieur Boucherat, Commandeur de nos Ordres, avant de l'expoſer en vente, à peine de nullité des Preſentes, du contenu deſquels vous mandons & enjoignons faire joüir & uſer ledit Expoſant ou ſes ayans cauſe, pleinement & paiſiblement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles & empêchemens contraires. VOULONS que ceſdites Preſentes ſoient enregiſtrées ſur le Livre de la Communauté des Libraires de Paris, & qu'en mettant au commencement ou à la fin dudit Livre l'extrait des Preſentes, elles ſoient tenuës pour bien & dûëment ſignifiées, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers-Secretaires, foy ſoit ajoûtée comme à l'Original. Mandons au premier nôtre Huiſſier ou Sergent, faire pour l'exécution des Preſentes toutes ſaiſies, ſignifications, & autres Actes de Juſtice neceſſaires, ſans demander autre permiſſion. CAR tel eſt nôtre plaiſir : DONNE' à Paris le troiſiéme jour de Juin, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt dix-neuf, & de nôtre Regne le cinquante-ſixiéme : Par le Roy en ſon Conſeil, MIDY.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires, conformément aux Reglemens. A Paris le quinziéme Juin 1699. Signé, C. BALLARD, Syndic.

Et ledit VALFRAY a vendu la moitié de cette Impreſſion ſeulement à Laurent Bachelu, qui en a fait part à Claude Delaroche, Leonard Plaignard, Jacques Lions & Antoine Boudet, Libraires rue Merciere, ſuivant l'accord fait entr'eux.

CONCOR

CONCORDANTIÆ
BIBLIORUM SACRORUM
VULGATÆ EDITIONIS,
SIXTI V. PONT. MAX. JUSSU
RECOGNITORUM ATQUE EDITORUM.

Prior numerus indicat caput cujusque libri, Posterior autem qui litteras A, B, &c. indices videlicet sectionum; qui subsequitur, designat versus capitum. In Psalmis H. significat Hebræis, L. verò Latinis.

A

A *Præpositio.*

Genes. 1.a.4 divisit lucem à tenebris.
deinceps consulto omittitur.

A & V

Apoc. 1.b.8 sum α & ω, princip. & fin.
21.b.6 α & ω, initium & finis
22.c.13 α & ω, primus & novis.

AAA

Jerem. 1.b.6 14.b.13. A a a Domine Deus
Ezech. 4.c.14 20.g.49. A a a Domine Deus,
Joël. 1.d.15 clamate ad Do. A a a, dici

AARON

Exod. 4.c.14 Aaron frater tuus Levites
f.27 Dixit a. Dominus ad Aaron
g.28 Narravitque Moyses Aaron:
30 Locutúsque est Aaron
6.a.1 ingressi sunt M. & Aaron
4 Quare M. & Aaron sollicit.
d.20 Occurrit. Moysi & Aaron
5.c.13 locut. est Do. ad M. & Aaron
d.20 quæ peperit ei Aaron & M.
23 accepit a. Aaron uxorem
25 Eleaz. fil. Aaron accep. uxor.
26 Iste est Aaron & Moyses,
27 iste est Moyses & Aaron.
7.a.1 Aaron frat. t. erit propheta
6 fecerunt itaque Moyses & Aaron
7 Et Aaron octoginta trium
8 dix. Do. ad Moys. & Aaron
9 dices ad Aaron: Tolle
b.10 ingressi itaque Mo. & Aaron
tulítque Aaron virgam
12 devoravit virga Aaron vir e.
e.19 Dic ad Aaron, Tolle virgam
d.20 fecerúntque Moy. & Aaron
8.a.5 Dic. ad Aaron, Extende ma.
b.6 Et extendit Aaron m. num
8 vocavit a. Pha. Mo. & Aaron
c.1 egressíq; sunt Moys. & Aaron
d.16 Loquere ad Aaron:
17 Et extendit Aaron manum
25 Vocavitq; Ph. Mo. & Aaron
9.b.8 dix. Dñs ad Moy. & Aaron:
f.27 vocavit Moysen & Aaron,
10.a.3 introierunt cr. Mo. & Aaron
b.8 Revocav. Moysen & Aaron
c.16 vocavit Moysen & Aaron,
g.24 Vocavitq; P. Moy. & Aaron,
11.d.10 Moys. a. Aaron fecerunt
12.a.1 dixit quoq; D. ad M. & Aaron
d.28 fic. præc. D. Moysi & Aaron
e.31 vocatis Ph. Moys. & Aaron
g.43 dixitq; Dom. ad M. & Aaron
50 præcep. Dom. Mo. & Aaron
15.c.20 Maria prophetissa, sor. Aaron
16.a.2 contrà Moysen & Aaron
b.6 dixerúntque M. & Aaron ad
c.9 dixit quoque Moys. ad Aaron
10 cúmque loqueretur Aaron
g.34 Posuitque illud Aaron in tab.
17.c.10 Aaron & Hur ascenderunt
12 Aaron a. & Hur sustenta.
18.c.12 venerúntque Aaron & om. s.
19.d.24 Ascendésq; tu, & Aaron tecum
24.a.1 Ascen. ad Dom. tu, & Aaron
c.9 Ascenderúntque M. & Aaron
d.14 Habetis Aaron & Hur v.
27.d.21 collocabunt eam Aarō & fil.
28.a.1 applica. quoque ad te Aaron
sæpe hoc capite.
29.a.4 Aaron ac filios ejus applica.
& hoc capite sæpe.
30.a.7 adolebit incens. sup. eo Aaron
b.10 Et deprecabitur Aaron
c.19 lavabunt in ea Aaron
d.30 Aaron & filios ejus unges
31.b.10 in ministerio Aaron sac.
32.a.1 congregatus adversùs Aaron
2 Dixítque ad eos Aaron:
3 deferens inaures ad Aaron
5 quod cùm vidisset Aaron
e.21 Dixítque ad Aaron
25 spoliaverat e. eum Aaron
g.35 quem fecerat Aaron
34.d.30 Videntes autem Aaron,
31 tam Aaron quàm principes
35.b.19 vestes Aaron pontificis
38.c.21 filii Aaron sacerdotis
39.a.1 quibus indueretur Aaron
e.25 Aaron & filiis ejus
g.41 Aaron scilicet & filiis ejus
40.b.12 Applicabísque Aaron & filios
d.29 Laverúntque Mo. & Aaron

Levitic. 1.b.5 offerent filii Aaron sac.
c.11 filii Aaron per circuitum
2.a.2 deferet ad filios Aaron sac.
a.3.c.10 erit Aaron & filiorum e.
3.a.2.b.8 fundentque filii Aaron sac.
d.13 fundent filii Aaron sacerd.
6.b.9 præcipe Aaron & filiis e.
14 offerent filii Aaron coram
c.16 comedet Aaron cum filiis
10 Hæc est oblatio Aaron
d.25 loquere Aaron & filiis e.
7.b.10 cunctis filiis Aaron mens.
d.31 pectusculum a. erit Aaron
33 & adipem, filiorum Aaron
34 dedi Aaron sacerdoti
35 Hæc est unctio Aaron
8.a.2 Tolle Aaron cum filiis suis
sæpe hoc capite.
9.a.1 vocavit Moy. Aaron &
b.7 Et dixit ad Aaron, Accede ad
8 Aaron accedens ad altare
d.21 separavit Aaron
23 ingressi a. Moyses & Aaron
10.a.1 Nadab & Abiu filii Aaron
3 dixítque Moyses ad Aaron
Quod audiens tacuit Aaron
4 filiis Oziel, patrui Aaron
b.6.c.12 locutúsque est M. ad Aaron
b.8 dixit q. Dom. ad Aaron:
d.16 Eleaz. & Itham. filios Aaron
19 Respondit Aaron: Oblat.
11.a.1 Loc. est Do. ad Mo. & Aaron
13.a.1 Locut est D. ad M. & Aaron
14.d.33 Locutusq; est D. ad M. & Aarō
15.a.1 Loc. est Do. ad Mo. & Aaron
16.a.1 post mortem d. fili. Aaron
2 loquere ad Aaron fratrem
17.a.2 Loquere Aaron & filiis e.
21.a.1 Loquere ad s. cerd. f. Aaron
c.17 Loquere ad Aaron: Homo:
d.21 de semine Aaron
24 loc. est ergo Moys. ad Aaron
22.a.2 loquere ad Aaron & ad fil.
4 Homo de semine Aaron,
c.18 Loquere ad Aaron & fil.
24.a.3 ponétque eas Aaron à v.

Num. 1.b.9 erúntque Aaron & filiorum
a.3 tu & Aaron
b.17 quos tulerunt Mo. & Aaron
f.44 quos numer. M. & Aaron
2.a.1 Loc. est Do. ad Mo. & Aaron
3.a.1 Hæ sunt generationes Aaron
sæpe hoc capite.
4.a.1 Locutúsque est Dominus ad
Moysen & Aaron,
& hoc capite sæpe.
6.d.23 Loquere Aaron & filiis e.
7.a.8 Ithamar filii Aaron sacerd.
8.a.2 Loquere Aaron, & dices
sæpe hoc capite.
9.a.6 accedentes ad M. & Aaron
10.a.8 filii a. Aaron sac. clangent
12.a.1 Locutáq; est Maria & Aaron
b.4 & ad Aaron & Mariam
5 vocans Aaron & Mariam
c.10 cúmque respexisset eam Aar.
13.c.27 venerunt ad Moy. & Aaron
14.a.2 murm. s. contr Mo. & Aaron
5 Moy & Aaron ceciderunt
e.26 loc. est Do. ad Mo. & Aaron
15.d.33 obtulerunt e. Mo. & Aaron
16.a.3 adversùm Moy. & Aaron
b.11 quid est enim Aaron
& sæpe hoc capite.
17.a.3 nomen a. Aaron erit intri.
b.6 absque virga Aaron
c.8 germinasse virgam Aaron
d.10 refer virgam Aaron int.
18.a.1.c.20 dixit Dom. ad Aaron
b.8 Locutúsque est Do. ad Aaron
d.28 & date Aaron sacerdoti
19.a.1 Loc. est Do. ad Mo. & Aaron
20.a.2 conven. adverś. M. & Aaron
sæpe hoc capite.
25.b.7.c.11 filii Aaron sacerdotis
26.a.1 Eleazarum fi. Aaron sacerd.
9 surrex. cont. Moy. & Aaron
g.59 Aaron & Moysen, & Mar.
60 de Aaron orti sunt Nad.
64 numer. s. à Moy. & Aaron

27.c.13 ficut Ivit frater t. Aaron
33.a. 1 in manu Moysi & Aaron
e.38 ascenditq. Aar. sa. in montem
Deut. 9.c.20 adversum Aaron quoque
10.b.6 ubi Aaron mortuus ac f.
32.g.50 mortuus est Aaron frater t.
Jos.21.a.4.b.19 filiorum Aaron sacerdotis
b.10 filiis Aaron per fam. Caath
13 dedit ergo filiis Aaron sac.
24.b.5 misique Moysen & Aaron
g.33 Eleazar q. filius Aaron mort.
Judic. 20.d.28 filius Eleazari filii Aaron
1.Reg. 12.a.6 qui fecit Moysen & Aaron
b.8 misit Do. Moysen & Aaron
1.Par. 6.a.3 filii Amram, Aaron, Moy. &
filii Aaron: Nadab & Ab.
d.49 Aaron verò & filii ejus
50 hi sunt autem filii Aaron:
54 filiorum scilicet Aaron
e.57 porrò filiis Aaron deder.
12.e.27 princeps de stirpe Aaron
15.a.4 necnon & filios Aaron,
23.b.13 filii Amram: Aaron, & Moy.
separatúsque est Aaron,
d.28 sub manu filiorum Aaron
32 observatione filiorum Aaron
24.a.1 Porrò filiis Aaron hæ part.
filii Aaron: Nadab, & Abiu
e.19 sub manu Aaron patris eor.
d.31 contra fratres filios Aaron
2.Par. 13.b.9 ejecist. sac. Do. filios Aaron
10 ministrant Dom. de fil. Aaron
26.c.18 hoc est, filiorum Aaron
29.d.21 sacerdotibus filiis Aaron
31.d.19 sed & filiorum Aaron per
35.b.14 & sacerdotibus filiis Aaron
1.Esdr. 7.a.5 filii Aaron sacerd. ab init.
2.Esdr. 10.d.38 erit a. sacerdos filius Aaron
12.d.46 sanctificabant filios Aaron
Psalm. 76.d.21 in manu Moysi & Aaron
98.b.6 Moy. & Aaron in sacerd.
104.c.26 Aaron, quem elegit ipsum
105.c.16 Aaron sanctum Domini
113.c.10 domus Aaron sper. in Dom.
12 benedixit domui Aaron
117.a.3 dicat nunc domus Aaron
132.a.2 in barbam, barbam Aaron
134.d.19 domus Aaron bened. Dom.
Eccli. 36.c.19 secundùm benedictio. Aaron
45.a.7 excelsum fecit Aaron
c.25 addidit Aaron gloriam
50.b.14 & omnes filii Aaron
c.18 exclamaverunt filii Aaron
Mich. 6.a.4 Moysen, & Aaron, & Mar.
1.Mac. 7.b.14 Sacerdos de semine Aaron
Lucæ. 1.a.5 & uxor illius de fil. Aaron
Actor. 7.e.40 dicentes ad Aaron: Fac nob.
Hebræ. 5.a.4 vocatur à Deo tamq. Aaron
7.b.11 non secundùm ordinem Aaron
9.a.6 virga Aaron, quæ fronduerat

AARONITIS

1.Par. 27.c.17 Aaronitis, Sadoc.

AASBAI

2.Reg. 23.d.34 Eliphelet filius Aasbai

AB

Genes. 1.a.6 dividat aquas ab aquis
desinceps consulto omittitur.

ABADDON

Apoc. 9.c.11 cui no. Hebraïcè Abaddon

ABALIENO

Eccli. 11.d.36 abalienabit te à tuis prop.
Isaiæ 1.b.4 abalienati sunt retrorsum
Oseæ 9.c.10 abalienati sunt in confu.
1.Mac. 11.f.53 abalienavit se à Jonatha.

ABANA

4.Reg. 5.c.12 Abana & Phatphar

ABARIM

Num. 27.c.12 in montem istum Abarim
33.f.47 venerunt ad montes Abarim
48 Prof. de montibus Abarim
Deut. 32.g.49 in montem istum Abarim

ABARONI

1.Mac. 2.a.5 cognominabatur Abaroni.

ABBA

Marci 14.d.36 Abba pater, omnia tibi
Rom. 8.c.15 clamamus, Abba (pater.)

Galat. 4.a.6 clamantem: Abba, pater

ABBREVIO

Isaiæ 10.e.22 consummatio abbreviata
50.a.2 numquid abbreviata &
59.a.1 non est abbreviata man. Dñi.
Daniel. 9.f.24 LXX. hebd. abbreviatæ sunt
Mich. 2.b.7 numq. abbreviatus est spir.
Roman. 9.f.28 & abbrevians in æquitate

ABBREVIATIO

Isaiæ 10.e.23 abbreviationem Dñs Deus
28.f.22 abbreviationem audivi

ABDA

3.Reg. 4.a.6 Adoniram filius Abda
2.Esd. 11.c.17 Abda fil. Samua

ABDEEL

Jerem. 36.f.26 Selemiæ filio Abdeel.

ABDEMELECH

Jerem. 38.b.7 audivit a. Abdemelech Æt.
8 egressus est Abdemelech
c.10 præc. ita; Rex Abdemelech
11 assumptis ergo Abdemelech
12 dixitq; Abdemelech Æthiops
39.d.16 dic Abdemelech Æthiopi

ABDENAGO

Daniel. 1.b.7 & Azariæ, Abdenago
2.g.49 Misach & Abdenago
3.b.12.16.19 20.c.22.23.g.93.95.96.
97 Misach & Abdenago

ABDI

1.Par. 6.d.44 filius Cusi, filii Abdi
2.Par. 29.c.12 Cis filius Abdi
1.Esdr. 10.d.26 & Abdi, & Jerimoth.

ABDIAS

3.Reg. 18.a.3 Vocavítque Achab Abdiam
Abdias autem timebat
5 dixit e. Achab ad Abdiam
6 Abdias per viam alteram
7 cúmque esset Abdias in via
c.16 abiit ergo Abdias
1.Par. 27.c.19 Jesmaias filius Abdiæ
2.Par. 34.c.12 Jahath & Abdias
Abd. 1.a.1 Visio Abdiæ, Hæc dicit

ABDICO

2.Cor. 4.a.2 abdicamus occulta ded.

ABDIEL

1.Par 5.b.15 Fratres quoque filii Abdiel

ABDITA

1.Reg. 13.b.6 in speluncis, & in abditis,
Psalm. 16.c.12 habitans in abditis
1.Mach. 1.f.56 effug. pop. Isr. in abditis

ABDON

Josue 21.c.30 Masal & Abdon
Judic. 12.d.13 Abdon filius Illel
1.Par. 6.g.74 & Abdon similiter
8.b.23 & Abdon & Zechri
c.30 fil. & primogenitus Abdon
9.f.36 primogenitus Abdon
2.Par. 34.d.20 & Abdon filio Micha

ABDUCO

2.Par. 36.a.4 & abduxit in Ægyptum
2.Esd. 1.d.9 etiam si abducti fueritis
Judith. 2.d.16 abduxítque omnes filios
5.c.22 abducti sunt in terram
7.a.2 abducti fuerant de provin.
